

# FEVDORVM

## LIBER SECVNDVS.

### DE FEVDI COGNITIONE a.

#### TITVLVS I.

**D**OCEt ius fevdorum totum manare ex consuetudine, atque idē in fevdorum causis plus valere consuetudinem, quam ius civile Populi Romani. Quinimō cum ita esset scriptum, l. 2. C. quae sit long. cons. Consuetudinis, vsusque longē non vtilis auctoritas est: sed non vsque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem, ea verba inuenit hoc modo: Legum Romanarum non est vtilis auctoritas: sed non adeo vim suam extendant, ut vsum vincant, aut mores. Et vtraque tamen sententia est vera. Illa intelligitur de consuetudine, quae nondum in iudiciis conualuit. Hac de consuetudine, quae contradictorio iudicio confirmata est. l. cum de consuetudine, ff. de legibus. Hac pro lege habetur, eique est non accedat: indulget tamen ratio. Ad hoc sententia l. 2. intelligitur de iis, quae lege definita sunt, in quibus sane plus valet lex, quam consuetudo. Hac de iis, quae lege definita non sunt. Tertullianus de Cor. mil. Consuetudo in civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex. Rectē, cum deficit lex: vt l. 33. ff. de legibus, in iis, quae non ex scripto deservant. Et eodem modo cum de iure, et equitate quaritur, et vna lex iudicem ait equitatem potius, quam iuris stricti, eiusdemque scripturam habere, l. 8. C. de iud. altera inter ius scriptum, et equitatem solum principem interponere interpretationem. l. 1. C. de legibus, rem ita distinguimus: ut in his quae scripto palam comprehensa sunt, etiam si praedura videantur, iudex a scripto recedere non possit, et ut solus princeps eam duritiam emendare possit, sicut duritiae legis Iuliae, de qua l. profectus. ff. qui, et a quib. man. moderatus est. l. in adulteri. C. ad leg. Jul. de adult. in his autem, quae palam scripto comprehensa non sunt, iudex spectare debeat equitatem potius, quam ius scriptum, ut si poena sit in eum, qui ferro percussit lege comprehensa, non vique eam irrogabit ei, qui clavicula hominem percussit: spectabit enim mentem, non verba legis conditorem, non legem, et omnino ubi ius maxime aequitas dominatur, et proponenda est rigori, cum lex scripta deficit, quinimō, ut Aristoteles definit, aequitas nihil aliud est, quam ius, quod lex scripta praetermisit, et persequitur vsus iudicis, et mores, et persequitur vsus iudicis: sicut consuetudo proprie nihil aliud est, quam ius, quod lex scripta praetermisit, sed aequitas ius natum, et naturale: consuetudo, ius constitutum, et receptum. Nihil poro legibus Romanorum cautum est de feudis. Igitur valere in feudis potius debet consuetudo, quam quod legibus generaliter cautum est, quod vix disputando. et argumentando ex eis deduci potest, ut in feudis non succedunt parentes ex consuetudine, licet in aliis rebus iure scripto succedant, non succedunt filii, licet iure scripto succedant in aliis bonis. Plus potest consuetudo, quam lex in his, quae lege nominatim comprehensa non sunt. At si qua in re in feudorum causis mores defecerint, tum decurritur ad ius commune Ciuium Romanorum, id est, quod eo iure in aliis rebus cautum est, cum nondum feuda in vsum uenissent, producitur etiam ad feuda: ut si quaratur, cum va salua feuda partem pignori obligauit, et deinde feudum domino committitur, cuius causa sit potior domini, an creditoris pignoratitij, quod mores nondum defuerint, dicam commissio feudo pignus extingui: argu. l. lex vectigali ff. de pigno. quae idem in employeij definit. Rursus si quaratur, agro feudali iure belli capto, et assignato militibus modica portione possessori relicta, an ea portione iure feudi a pristino domino recognoscere non debeat, quasi nouo iure eam habere coepit victorum beneficio, concessioneque, quod mores non defuerint: dicam ab eodem domino, eam portione iure feudi recognosciturum, quae si minime mutata possessionis causa: arg. litem si verberatum §. 1. ff. de rei vind. Hygenus de limit. Const. Quos dominus in possessionibus suis remanere passus est, eorū conditionem mutasse non videtur. Item si quaratur, an feudo vendito lege commissoria, quibus loci feudi venditio non prohibetur, et solutus domino eorum venditio, post resoluta venditione, ad diem pretio venditori non solum retro venditori competat, quae res moribus definita non est: dicam competere, cum et fructuum omnium repetitio competat aduersus emptorem, l. 4. et §. ff. de leg. commill. et omnia in pristinum statum restituenda sint, perinde atque si neque emptio, neque venditio intercessisset, l. facta. ff. de ad. edict. Consuetudinem dixi pro moribus inueteratis (nam et hoc exigitur, ut consuetudo vim eam legi obineat) cum silicet ex frequenti consuetione quasi tales, aut tales mores populus induit. Proprie ex consuetudine mos fit. Aristoteles, hanc mos est. Quid. i. Met. Mores fecerat vsus. Varro autem vult mores communem consensum omnium simul habitantium, qui inueteratus consuetudinem faciat. C. VIACIUS.

#### a DE FEVDI cognitione.

Quam non habent, de feudi cognitione.

Bertus de Otto, dicit, ac si aperte dicat: vim suam extendit.

a Consuetudo in feudis leges vincit.

Causae generaliter aut decidunt iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causae feudales deciduntur consuetudine, quae vincit legem in hac parte: licet contrarium dici soleat. consuetudine autem deficiente, deicidi possunt etiam lege scripta. BALDVS.

Bertus de Otto, Anselmo filio suo dilecto salutem. Causarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliae dirimuntur iure Romano: aliae vero legibus Longobardorum: aliae autem secundum regni consuetudinem: quae quamquam sint variae, et quamquam secundum diuersorum locorum, aut curiarum mores sint diuersae, nec breuiter possunt dici, nec hoc libello facile comprehendendi: vsu-

b Argumentis et, et quando tradendum.

c De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

d De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

e De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

f De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

g De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

h De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

i De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

k De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

l De similibus et familia proceditur consuetudinibus.

tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim, quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vtilis auctoritas: sed non adeo vim suam extendunt, ut vsum vincant, aut mores. Strenuus autem legisperitus, sicuti casus emerferit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, abque calumnia vti poterit lege scripta.

1. § Sciendum est autem feudum, siue beneficiū non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in iis, quae inter immobilia et connumerantur (veluti cum de camera, aut de caena feudum datur) posse consistere: ac feudum neminem posse ac-

sequenda est l. et argu. superflua non coeconduntur. Ergo hic a primo consideratur feudum: secundum familia, vel lex, nam lex consuetudini non potest obuiare. quod est intelligendum: vt supra simile legitur in decretis. Nam nec decretis possunt obuiare leges: vt in doct. x. dist. e. lege. d. Cohærentibus. veluti in rebus immobilibus: et quod sequitur, aut solo cohærentibus, vt puta in fructibus, qui pendunt in fundo, qui (vt potest fundi pars) ipsi fundo cohærenter dicuntur. nam fructus et pendentes, fundi pars esse videntur: vt ff. de rei vind. l. fructus. e. Immobilia. vt sunt panes et ciuiles: vt C. de iur. do. l. fina. §. p. stetera. §. Sed nunquid debitorum nomina inter immobilia computantur? f. Feudum Camerae, aut caenae computatur in rebus immobilibus, vel etiam solo cohærentibus.

a In feudis prius considerandum est consuetudo: secundum familia, vel lex, nam lex consuetudini non potest obuiare. quod est intelligendum: vt supra simile legitur in decretis. Nam nec decretis possunt obuiare leges: vt in doct. x. dist. e. lege. d. Cohærentibus. veluti in rebus immobilibus: et quod sequitur, aut solo cohærentibus, vt puta in fructibus, qui pendunt in fundo, qui (vt potest fundi pars) ipsi fundo cohærenter dicuntur. nam fructus et pendentes, fundi pars esse videntur: vt ff. de rei vind. l. fructus. e. Immobilia. vt sunt panes et ciuiles: vt C. de iur. do. l. fina. §. p. stetera. §. Sed nunquid debitorum nomina inter immobilia computantur? f. Feudum Camerae, aut caenae computatur in rebus immobilibus, vel etiam solo cohærentibus.

Resp. hoc ab antiquo quæsitum est, et alibi satis disputatum, et a deo omittimus.

f De caena melius dixisset iudicio meo veluti se, et vt sic intelligatur, quod non sit expostitum illius verbi, aut in his, quae inter immobilia, computantur: et sic feudum camerae, aut caenae computatur.